Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



/ fratrem suum

111) Aribo in vita S. Corbiniani c. 29: Cumque exitus viri Dei adpropinquasset, tempore obitus sui non ignarus, camerem Emberhum in Italiam ad Longobardorum direxit Principem, postulans firmitatem sui proprii conguestum in Magies, quod sancta Maria tradidit, ne exindeaufferetur, et ut suum corpusculum ad sepeliendum ibidem ~~praecipere~~ recipere praecepisset, quod illic Beato Valentino commendavit virus: quia in eodem castro dominabantur tunc in tempore Longobardi. Nempe non solum in Camina et Chorzes, sed etiam Magisbona Ecclesia sua Frisingensi comparavit Corbinianus. Zach. Raitenberger Parochus Sendlingensis in Bavaria, in ~~Tract~~ M.S. Sedis S. Valentini, ait, bona Magies Ecclesia S. Valentini proxima a Grimoaldo Duce coemta atque Frisingensi Ecclesia fuisse donata, una cum Sede nobili antiquissima; qua ex tunc usque modo S. Valtins Güter appellarentur; ibique Corbinianum primam suis manibus vitem plantasse. Hac igitur bona per proprium conguestum intelligit Aribo.

112) Aribo in vita c. 29 et 30.

113) Idem c. 31: Missi vero a Principe Hucberto reversi attulerunt mandatum, ut beatissimi viri corpus Magies adporaretur; sicut ipse virus disponebat, ut ibi in Ecclesia ~~S. V~~ sancti Valentini sepeliretur.

114) Aribo in vita S. Corb. c. 35: Cum autem venissent partibus Vallensium cum sancto corpore ejus; quidam nobilis etc. Loco Vallensium alii codices apud Meichelbeckium habant Vallenesium, quod rectius legendum esset Vallenensium: quorum nomine Vallis Oenana superioris accolas seu Oberinnthaler intelligunt Rechmannus, Suykerus, Lesehrius. Brenenses ad Oenam habitasse, saepe saepius dictum. Quaenam autem Brenensis plebis civitas ~~tunc~~ tam praeclara tunc fuit, ut nobiles etiam Romanos inter cives suos numeraret? Castrum Brionas Veldidenam fuisse, vidimus supra Addit. ~~C~~ 58. Idem hoc adhuc tempore cum jure civitatis superfuisse, existimo. ~~inde enim~~ Erat hoc fenus VIII et alia loca in superiore Oenivalle, Circola, hodie Cisel, Pollinga, Flaurlinga, ~~ubi~~ Oparinhofa, Humissa. Sed hoc Aribonis loco Veldidenam ~~intelligere fuerit~~ intelligitur: inde enim duarum nonnisi Oenarum viam usque Circolam, in quam ~~locum~~ illam ex monte Scarantiensi descenditur, confluere debuit Dominicus; neque enim Circola ut civitas unquam legitur. Veldidena ~~autem~~ nunquam ab ipso usque tempore sub civitatis titulo non amplius occurrit.